Clemens Episcopus servus servorum dei Dilecto filio Antonio de Jauregui clerico Hispalen. Salutem et apostolicam benedictionem. Vite ac morum honestas aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita super quibus apud nos fidedigno commendaris testimonio nos inducunt ut illa tibi favorabiliter concedamus que tuis commoditatibus fore conspicimus opportuna. Hinc est quod nos tibi asserenti te in [illegible] constitutum [illegible] non tamen ex filio vel filia esse ac bonarum literarum studio incumbere ut commodius literarum studia huiusmodi prosequi possis de alicuius subventionis auxilio providere ac premissorum meritorum tuorum intuitu specialem gratiam facere volentes Teque a quibusvis excommunicationis suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis censuris et penis a iure vel ab homine quavis occasione vel causa latis si quibus quomodolibet innodatus existis ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes et absolutum fore censentes Tibi pensionem annuam Quadraginta ducatorum monete in regnis Hispaniarum currentis Trigintaquatuor ducatos auri de Camera vel circa ut etiam asseris constituentium super fructibus sine cura Capellanie in ecclesia sancti Michaelis oppidi de [illegible] Calagurritan. diocesis que de Iurepatronatus laicorum ex dilecti filii Michaelis de Jauregui laici ex fundatione vel dotatione existit et quam dilectus filius Constantinus de [illegible] perpetuus Capellanus in dicta ecclesia obtinet fructibus qui ad Centum ducatos de Camera predictos annuatim ascendunt ut similiter asseris Tibi vel procuratori tuo ad hoc a te speciale mandatum habenti per dictum Constantinum tunc eius et dicti Michaelis patroni expressis ad hoc accedit assensus annis singulis pro una videlicet in sancti Joannis baptiste et altera medietatibus pensionis huiusmodi in domini nostri Jesu Christi Nativitatum festivitatibus vigore presentium nec alias alioquin pensio reservata nulla sit eo ipso integre persolvendam auctoritate apostolica earundem tenore presentium reservamus constituimus et assignamus Decernentes Constantinum prefatum ad integram solutionem dicte pensionis tibi faciendam iuxta reservationis constitutionis et assignationis predictarum tenorem fore efficaciter obligatum ac volentes et eadem auctoritate statuentes quod [illegible] predictus Constantinus in dictis festivitatibus vel saltem infra Triginta dies illarum singulas immediate sequentes pensionem predictam per eum tunc debitam non persolverit [illegible] effectu lapsis diebus eisdem sententiam excommunicationis incurrat a qua donec tibi vel procuratori predicto de dicta pensione tunc debita integre satisfactum aut alias tecum vel cum dicto procuratore s[illegible] amicabiliter concordatum fuerit preterquam in mortis articulo constitutus absolutionis beneficium nequeat obtinere Si vero per Sex menses dictos Triginta dies im[illegible] sequentes sententiam ipsam animo quod absit sustinuerit indurato extunc effluxis mensibus eisdem Capellania prefata perpetuo privatus existat illaque vacare [illegible] eo ipso Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis contrariis quibuscumque Aut si prefato Constantino vel quibusvis aliis communiter aut divisim ab apostolica [illegible] sede indultum quod ad prestationem vel solutionem pensionis alicuius minime teneantur et ad id compelli non possint per literas apostolicas non facientes plenam et expressam a[illegible] ad verbum de indulto huiusmodi mentionem Et qualibet alia dicte sedis indulgentia generali vel speciali cuiuscumque tenoris existat per quam presentibus non expressam vel totaliter non [illegible] effectus huiusmodi gratie impediri valeat quomodolibet vel differri et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris literis mentio specialis Per presentes autem non intendimus dictum [illegible] in aliquo approbare Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre absolutionis reservationis constitutionis assignationis decreti voluntatis et statuti [illegible] vel ei ausu temerario contraire Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit in[illegible]

Dat. Rome apud Sanctummarcum Anno Incarnationis dominice Millesimo quingentesimo nonagesimo quarto [illegible] Kl. Maii Pontificatus nostri Anno [illegible]

Jun. F. Marsallus
M. de Zurita
oct. pattes et magris

H. de Sedeta 41. nuno 50l 83. Jul. 6 2/3
C. Pamphilius
Jo. [illegible] Sacramentus
A. Roscita
Simonettus [illegible] pro annata d. 1. 8 2/3
Cam. [illegible] d. 3. [illegible] 6 2/3
annata D 2[illegible]

Car. Aldobrandinus

P. S.ta Cecilia
M. Ant. Fascia [illegible]

R. Corpo[illegible] 103. 4. 4
M. de Fonseca

Aug. [illegible]
Claudius Beneditti

[illegible] trecedecim [illegible]

Mora [illegible]

DIPUTACIÓN DE SEVILLA
ARCHIVO

Anno Incarnat. Dñi Mcccccl xxxiiij die secunda Januarij
DD. Constantinus et Joannes de Solorzano procuratores ... Assig.ᵗ DD.
[illegible]
Ex.ᵗᵃ Dno Gaspar Riciato

Beserzama

Petrus Solis

ARCHIVO DIPUTACION PROVINCIAL SEVILLA
PERGAMINOS, 144
Hospital de las Bubas, leg. 7 B
DIPUTACIÓN DE SEVILLA
ARCHIVO